

Universitätsbibliothek Wuppertal

L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Actus quintus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)

Quæ vox ab altis flebilis tectis sonat?
 Strictoque vecors Phædra quid ferro parat?

ACTUS QUINTUS.

THESEUS. PHÆDRA.

Phædra Hippolyti innocentiam, suis calumniis revelat: ipsaque sua se manu occidit, pater non sine luctu filio iusta persolvit, noverca negat.

Thef. **Q**uis te dolore percitam instigat furor?
 Quid ensis iste? quid ve vociferatio,
 Planctusque supra corpus invisum volunt?

Phad. Me, me, profundi sæve dominator freti,
 Invade, & in me monstra cærulei maris

Emitte; quidquid intimo Tethys sinu

Extrema gestat, quidquid Oceanus vagis

Complexus undis ultimo fluctu tegit.

O dire Theseu semper, ô numquam ad tuos

Tutò reverse! gnatus & genitor nece

Reditus tuos luere. pervertis domum,

Amore semper conjugum aut odio nocens.

Hippolyte, tales intuor vultus tuos?

Talesque feci? membra quis sævus Sinis,

Aut quis Procrustes sparlit? aut quis Cressius

Da.

1158. Corpus] Artus passim collectos Hippolyti, quem molto oderat.

Vel mihi invisit. Farnabius. 1159.

1160. Monstra] Quæ modo in Hippolytum missi jamque justus in me. Idem.

1165. Gnatus] Filius nunc? pater Ægeus olim, qui ex editissima turri navis tuæ vela nigra profusions ac te perisille inde cœciciens, quia in mandatis dederat ut victor astrincolumis albis redires velis, se in mare dejecit. Idem.

1167. Amore] Mei, criminationi meæ nimis credula. Idem. Odio nocens.] Antiope. sup. v. 225. Idem.

1168. Tales] Laceros, fœdatos Idem.

1169. Feci?] Falso insinulando te. Idem. Sinis.] Lacro Corindis, qui pinibus intortis alligatos homines discerpebat. vide quæ ad v. 216. Herculi. Fat. & inf. v. 1218. Idem. Iungi solent.] Sinis & Procrustes & Mithotantus. Ovidius in Epist. Phyllidis: Cum fuerit lectus Sciron, torvulusque Procrustes. Et Sinis, & tauri mæstaque forma viri. de his latronibus, vide Plutarch. in Theseo, & Notas in Claudianum Delphin.

1170. Procrustes.] Thyeist. v. 1047. Farnabius. Cressius.] Minotauris. sup.

Dædalea vasto claustra mugitu replens,
 Taurus biformis, ore cornigero ferox,
 Diuulfit? heu me! quo tuus fugit decor,
 Oculique, nostrum fidus? exanimis jaces?
 Ades parumper, verbaque exaudi mea. 1175
 Nil turpe loquimur. hac manu pœnas tibi
 Solvam, & nefando pectori ferrum inferam,
 Animaque Phædræ pariter ac scelere exuam;
 Et te per undas, perque Tartareos lacus,
 Per Styga, per amnes igneos amens sequar. 1180
 Placemus umbras. capitis exuuias cape,
 Laceræque frontis accipe abscissam comam.
 Non licuit animos jungere. at certe licet
 Junxissè fata. morere, si castæ, viro;
 Si incesta, amori. conjugis thalamos petam 1185
 Tanto impiatos facinorè? hoc deerat nefas,
 Ut vindicato sancta fruereris toro?
 O mors amoris una sedamen mali;
 O mors pudoris maximum læsi decus:
 Confugimus ad te. pande placatos sinus. 1190
 Audite Athenæ. tuque funestâ pater
 Pejor novercâ. falsa memoravi; & nefas,
 Quod ipsa demens pectore infano hauseram,

Men-

vers. 646. qui humana carne vesceretur. Farnabius.

1171. Dædalea] Labyrinthum à Dædalo factum. Ibid. Idem.

1174. Nostrum] Quos instar gemini fieri suspiciebam. Idem.

1176. Nil turpe] Venupet. Idem.

1178. Phædræ] Al. memet. Id.

1180. Amnes] Phlegethonta, Thyest. vers. 73. Idem.

1181. Capitis exuuias] Crines, moris enim fuit in funeribus amicorum testati luctum, nec non funera honorare, defunctorumque faciem tegere coma absissa & avulsa in squalorem se. spoliata natura superfluo hoc ornatu. Id.

1184. Morere,] Si non stuprata fidei criminis reum Hippolytum egisti, morere, ut viro satisfacias; si non casta sed incesta fuisti, morere, ut sequaris amatorem. Idem.

1187. Vt vindicato] Vt illæsa fruereris Theseo iniquæ tuæ criminacionis vindice. Idem. Quomodo enim Phædra sancta? aliquid latere video, quod quid sit non video: nisi sancta per dicitur. Delrius.

1192. Pejor novercâ.] Nimis facilis & credule querela novercali. Farnabius.

1193. Quod ipsa] Quod ipsa conceperam. Idem.

1194. Fel-

Ment
 Juer
 Pudic
 Muc
 Cruo
 Quid
 Dilce

1194.
 ut Delri
 paullo a
 Gronow

1195
 1196

si, ur
 Hippoly
 dram p
 quam co
 stus crim
 tus. Ec
 Recipe
 castitati

1197
 tar post
 leone ex
 talia: se
 cere) ve
 appetit

mictione
 sum, u
 nentium
 tet prap
 re enim
 nec resu
 derit, fa

fingat t
 parenth
 ad vers.
 dicto gl
 cum ve
 ultimo

1198 m
 1199 b
 1200 p
 1201 m
 1202 p
 1203 b

Mentita finxi. vana punisti pater;
 Juvenisque castus crimine incestæ jacet, 1195
 Pudicus, insons. recipe jam mores tuos,
 Mucrone pectus impium justo patet,
 Cruorque sancto solvit inferias viro.
 Quid facere raptò debeas nato parens,
 Disce ex noverca; condere Acherontis plagis. 1200

THE-

1194. *Falsa punisti pater;* Florent. ut Desliani: *vana punisti.* Sufficit paulo ante dictum: *falsa memoravi.* Gronovius.

1195. *Incestæ* Mei incestæ. Farn.

1196. *Pudicus, insons.*] Potest fieri, ut pluribus titulis innocentiam Hippolyti testatorem reddi per Phædræm pœtâ voluerit. Nec mutant quidquam codices. Potuisset alioqui: *castus crimine incestæ jacet, Sontis pudicus.* Et forte ita scripsit. Gronovius. *Recipe*] Recipe ô Hippolyte justam castitatis tuæ famam. Farnabius.

1197. *Mucrone pectus*] Lipsius notat posse videri illi simile: *Esuriente leone ex ore exculpere prædâ,* & quæ talia: sed se veteri ut (ne; volebar dicere) verius sit, *justo pect.* Amicus ejus appetit, quod ille omittit, *mucrone* pro *mucroni;* more veterum; Latinum castam, ut loquitur, pro dandi casu ponentiam. Gruterò quoque *ro justo pater* præponderat illi *justo pect:* indicat enim Phædræm, præbere se pectus, nec refugere ferrum: qui propius attendit, facile ipsi adferuntur: utique si fingat totum versum circummictum parenti. Ecce & ultimus omnium ad vers. 1195. *Mori disce ex me:* quo dicit gladio incumbit. Immo ô boni, cum versu 1192. expedit telum; cum ultimo verbo ejus versus jam se per-

culserat. Apage illum parentheseos amictum: non præbet tantum pectus, aut non refugit ferrum, sed ipsa pectori ferrum immergit. Itaque ait, *pectus patet mucrone,* nempe scissum & reclusum. Nec excusandum quidquam in *ro mucrone,* quod suæ naturæ est, & instrumenti casu ponitur. Quoque res sit præsentior, Flor. solvit. Vir magnus conjecerat: *Mucrone pectus impium justo parens, Cruore, sancto solvat inferias viro.* Gronov. Ita nostræ membrana, & præponderat illi, *justo pect,* quod substituerunt alii. Quid enī hortetur Thesem ad cædes, cum esset veret consuetudine homicidam? Imo indicat Phædra, præbere se pectus, nec refugere ferrum. Qui propius attendit, mecum facile sentiet: utique si fingat totum versum circummictum parenti. Gruterus. *Iusto patet,*] Probe, *pater.* i. apertum est. sic in Oedipo, vers. 1036. — *utrumne pectori insigam meo Telum? an parenti conditum jugulo imprimam?* Comælinus.

1198. *Inferias*] Vid. Theb. v. 172. Farnabius.

1199. *Quid facere*] Mori disce ex me, quo dicit, gladio incumbit. Idem.

1200. *Disce ex noverca;*] Florent. à noverca. Non tantum dixit Virgilius: *Virtutem ex me disce puer;* sed etiam: *crimine ab uno Disce omnes.* Gronov.

1201. *Aver-*

bi am, uam;
 ar.
 am.
 am as,
 im,
 Si non stupet Hippolytus scias, si non potere, ut sup.
 ro] Ve illa dicitur tua criminis modo enim latere videtur: nisi scias.
 rea.] Nisi scias la noverca.
 Quod scias
 1194

THESEUS. CHORUS.

Phed. Pallidi fauces Averni, vosque Tanarei specus,

Unda miseris grata Lethes, vosque torpentes lacus,
Impium rapite, atque mersum premitte perpetuis malis,
Nunc adeste sœva ponti monstra, nunc vastum more,
Ultimo quodcunq; Proteus æquorū abscondit sinu, 1205
Meque ovantem scelere tanto rapite in altos gurgites,
Tuque semper, genitor, iræ facilis assensor meæ,
Morte facili dignus haud sum, qui novâ natum nece

1201. *Averni,*] Pallidum ab effectu vocat. Nam lacus est Campania propter retrum odorem creditum limen inferorum. dictum tradit Lucret. lib. 6. quia sic contrarius volucibus, quod & Ifacius in Lycophron. probat; nam Græcis *ἄσπετος*. præter cygnos nulla in eo audent lavari, quod omnes emoriantur, vel tantum super volantes: tanta est graveolentiâ, auctore Aristotele de admirand. audicion. num. 89. Virgilio. Strabone lib. 6. & aliis. Plinius similem esse scribit in Epiro: sed noster hic nobilior, Bæjis contiguus intra Lucrinum sinum, quondam Styga vocatum recte colligitur ex Silio l. 12. *Ille, olim populus dictum Styga, nomine verso, Stagna inter celebrem nunc mirra monstrat Avernum.* plura pete ab Eustathio, in Odyss. x. locum illum *ἄσπετος* eis *Ἀχαιοῖσι*. *Delrius.* *Tanarei specus,*] Hercul. Fur. vers 586. *Farnabius.* Apollonii Schol. lib. 1. ex Pheregyde. *cu rō 9.* scribit Elatum Læari filium duxisse Eriniedam. Damasci filiam, & ex ea genuisse Tanarum, à quo dicatur Tanarus, utris promontorium & palus: sed postea addit *Tæivω 99* promontorium Laconia à Tanaro Neptuni filio nuncupatum. Valer. Argon. lib. 1. Tanarum vocat *semper patentem*, scilicet umbris defœnitentibus. situm, ceteraque eo speciantia fusius reliquis describit Papi-

nius lib. 2. Thebaid. Et describitur etiam eleganter à Seneca in Herc. Fur. à vers. 661. *Delrius.*

1202. *Miseris grata*] Quæ ætumarum oblivionis artem docet. Herc. Fur. vers. 679. *Farnabius.* *Lethes,*] Lethæ fluvius inferorum, cuius potus umbris præteritarum rerum oblivionem inducere putabatur. ideo miseris grata. Est & Lethes seu Lethæ fluvius Hispania Straboni ac aliis, à quibus etiam Limius & Limæa videtur dici Sallustius, & Mela, & Plinius, *fluvium Oblivionis* vocant. Epitoma Livii, *Oblivionem.* de eo Silius lib. 1. *— lucenter volvit arenas Inferna populis referens oblivia Lethes.* *Delrius.* *Torpentes*] Cocytus. Herc. Fur. v. 685. & *Styx* ibid. vers. 712. *Farnabius.*

1204. *Nunc adeste*] Iustus in me quam nuper in Hippolytum. *Idem.*

1205. *Proteus*] Oceani & Tethyos filius, phœaciarum pastor & custos. *Idem.*

1205. *Ovantem*] Modo letantem. *Idem.*

1207. *Iræ facilis*] Exaudiendo vota. *Idem.*

1208. *Morte dignum facinus ausus*] Nihil hoc leve: pluris sibi litem Theseus æstimat. Scribe igitur cum Etrusco: *Morte facili dignus haud sum.* Quid volunt aures sibi, qui *Segregem sparsi per agros*, interpretantur, separatum, solum? Quasi non sit discerpium & di-

Segre
Exfec
Sider
Amp
In ho
Bina
Cœle
Ut co
Don
Diti
Resti
Mort
Exit
Nunc
Pinus

& dilan
tum] N
in folo
1209
lum. 7
sophus
sius, St
1210
fuit.] In
egregio
invenit
illam h
mus or
tiam.
sum neq
cidi in
Omnes
num, &
1211
Propte
jecit se
infeos
teti, j
innoc
121
calum
pib. le

& di-

Segregem sparsi per agros: quique dum falsum nefas
 Exsequor vindex severus, in cœli in verum scelus. 1210
 Sidera & Manes, & undas scelere complevi meo.
 Amplius fors nulla restat; regna me norunt tria.
 In hoc redimus? patuit ad cœlum via,
 Bina ut viderem funera, & geminam necem?
 Cœlebs & orbis, funebres una face 1215
 Ut concremarem prolis ac thalami rogos?
 Donator atræ lucis, Alcide, tuum
 Diti remitte munus, ereptos mihi
 Restitue Manes. impius frustra invocô
 Mortem relictam. crudus, & leti artifex, 1220
 Exitia machinatus insolita, effera,
 Nunc tibimet ipse justa supplicia irroga.
 Pinus coacto vertice attingens humum
 Cœlo

& dilaniatum. Gronovius. Nova natum] Nam filius absens patris voris, in solo fali monstro, auriga propriis equis perit. Farnabius.

1209. Segregem] Separatum, solum. Idem. Hac voce Seneca Philosophus utitur, item Alconius, Prudentius, Sidonius, alii. Delrius.

1210. Scelusus in cœli in verum nefas.] Indignatur Gruterus esse, qui pro egregio habeant, quod in suis codd. invenerit, verum scelus. vocem enim illam hic ferri non debere, nisi auferamus omnem item loci hujus elegantiam. Flor. tamen: quique dum falsum nefas Exsequor vindex severus, in cœli in verum scelus. Gronov. Nefus.] Omnes vet. libri, præter Moguntinum, Scelus.

1211. Sidera & Manes, & undas] Propter temeritatem meam pater de jecit se in mare. Suprà vers. 1160. ad inferos descendit comes Pirithoi adulteri, jamque terram pollui nefaria filii innocentis cæde. Farnabius.

1213. In hoc redimus? patuit ad cœlum] Delrio placet Venet. & Herpib. lectio, in cœlum. si tamen initio

versus Ad pro In scribatur: Ad hoc redimus? patuit in cœlum via. Non nobis. Deira lib. 2. 26. Alius non in hoc, ut te offenderet, fecit. Ad Marciam cap. 16. quos in hoc mihi videtur interrim violare fortuna, ut sic quoque humano generi proficit. Gronovius.

1214. Bina] Filii & uxoris? Farn.

1215. Cœlebs] Filio & conjuge privatus. Idem.

1217. Donator] Hercul. Fur. 805. supra vers. 840. Idem. Atræ] Funestæ & miseræ. Idem. Alcide,] Dederat Herculi petenti Theseum reducendum Pluto, ut narrat Theseus Hercul. Fur. act. 3. de quo intelligendum quod Aristides scripsit, Orat. in Minervam, Minervæ auxilio quendam ab Hercule ex inferis redudum. Delrius. Tuum] Tristior enim mihi superest vita quam mors & inferi. Farnabius.

1220. Crudus,] Hac ad se. Idem.

1221. Exitia] Quæ filio injuste machinatus es. Vel, quæ tyranis latronibusque inflixisti ut in sequentibus. & vide quæ ad vers. 226. Hercul. Fur. Idem.

1223. Pinus] Suprà vers. 1164. Id.

1225. Mis-

Cælo remissum findat in geminas trabes,
 Mittarve præceps faxa per Scironia. 1225
 Graviora vidi, quæ pati clufos jubet
 Phlegethon, nocentes igneo cingens vado.
 Quæ pœna maneat memet & fedes, scio.
 Umbrae nocentes cedite; & cervicibus
 His his repositum degravet fessas manus 1230
 Saxum, seni perennis Æolio labor.
 Me ludat annis ora vicina alluens.
 Vultur relicto transvolet Tityo ferus,
 Meumque pœnæ semper accrescat jecur.
 Et tu mei requiesce Pirithoi pater. 1235
 Hæc incitatis membra turbinibus ferat
 Nusquam resistens orbe revoluto rota.
 Dehisce tellus; recipe me dirum chaos,
 Recipe: hæc ad umbras justior nobis via est.
 Gnatum sequor: ne metue, qui Manes regis; 1240
 Casti venimus. recipe me æterna domo

Non

1225. *Mittarque præceps*] Florent. *Mittarve*. Est enim aliud genus pœnæ, quam quod præcedens designat versus. *Gronovius*. *Scironia*.] Sup. v. 1020. *Farnabius*.

1226. *Graviora*] Et tamen his graviora apud inferos vidi supplicia quæ metui, & quæ me manent. *Idem*.

1227. *Phlegethon*.] *Thyest*. vers. 73. *Idem*.

1231. *Senis perennis Æolio labor*:] Melius Flor. *seni perennis Æolio labor*. præsertim quum aures radat repetitus sonus. *Gronovius*. *Senis*] Sisyphi fil. Æoli. hic apud inferos hac pœna damnatus, ut saxum ingens ad summi montis verticem volvat, quod repente dilabitur. *Aut petis aut urges rediturum Sisyphesaxum*. *Farnabius*.

1232. *Annis*] *Eridanus*, infernalis fluvius, in quo Tantalus. *Hercul*. *Fur*. vers. 751. *Idem*.

1233. *Tityo ferus*,] *Qui*, cum La-

tona stuprum inferre conaretur, Apollinis telis confixus ad inferos demissus est, ubi humi per novem jugera exporrectus, jecur immortale, utpote cum Luna ad pœnas renascens, vulturi depascendum præbet. *Idem*.

1235. *Mei*] *Emphasin habet*, mihi chari Pirithoi pater, id est, Ixion. *Idem*.

1236. *Hæc incitatis*] Vt Ixionis. vid. *Herc*. *Fur*. v. 749. *Idem*.

1237. *Nunquam resistens*] Florent. *Nusquam resistens*. *Gronovius*.

1238. *Chaos*,] *Herc*. *Fur*. vers. 609. & *Thyest*. vers. 820. *Farnabius*.

1239. *Hæc ad umbras justior nobis via est*.] *Quam* quæ Hippolyto, inquit. Immo, quam cum eo profectus sum miles audacis proci. *Gronovius*. *Quam* quæ Hippolyto. *Farnabius*.

1241. *Casti venimus*.] Non ut olim rapturi Proserpinam cum Pirithoo. *Idem*.

1242. Non

Non
 At si
 Chor.
 Nun
 Dispo
 Thef.
 Pond
 Hipp
 Ego
 Solu
 Patre
 O tri
 Com
 Mife
 Disje
 In or
 Rest
 Heic
 Pon
 Qua
 Dur
 Flet

1242
 Hercu
 124
 tio vo
 faciles
 124
 124
 mam
 124
 strime
 stendi
 guum
 poster
 proxi
 Meur
 12
 comp
 conc

Non exiturum. non movent Divos preces:
 At si rogarem scelera, quam proni forent!
Chor. Theseu, querelis tempus æternum manet.
 Nunc iusta gnato solve, & absconde ocuis 1245
 Dispersa fœde membra laniatu effero.
Thef. Huc, huc reliquias vehite cari corporis,
 Pondusque, & artus temere congestos date.
 Hippolytus hic est? crimen agnosco meum.
 Ego te peremi. neu nocens tantum semel 1250
 Solutve fierem, facinus aufurus parens;
 Patrem advocavi. munere en patrio fruor.
 O triste fractis orbitas annis malum!
 Complectere artus, quodque de gnato est super,
 Miserande mœsto pectore incumbens fove. 1255
 Disjecta genitor membra laceri corporis
 In ordinem dispone, & errantes loco
 Restitue partes. fortis heic dextræ locus;
 Heic læva frenis docta moderandis manus
 Ponenda. lævi lateris agnosco notas. 1260
 Quam magna lachrimis pars adhuc nostris abest?
 Durate trepidæ lugubri officio manus,
 Fletusque largos sitite arentes genæ;

Dum

1242. *Non exiturum.*] Vt nuper cum Hercule. *Idem.*
 1243. *Scelera.*] Quod feci in tertio voto contra filium. sup. 910. quam faciles exaudirent? *Idem.*
 1245. *Iusta*] Exequias debitas. *Id.*
 1248. *Pondusque.*] Neque enim formam habent. *Idem.*
 1249. *Facinus agnosco meum.*] Flor. *crimen agnosco meum.* Perinde esse ostendit Marcialis lib. 2. epig. 94. *O magnum facinus crimenque deorum.* Sed posterius hic haud dubie gratius, quia proxime sequitur alterum. *Gronovius.* Meum crimen.
 1252. *Patrem*] Neptunum à quo compressa Æthra, cum ex Ægeο non conciperet, Theseum peperit. *Plu-*

tarch. in Theseo. *Farnabius.*
 1253. *Fractis*] Ætate & ærumnis. *Idem.*
 1254. *Est super*] Superest, restat. *Anastrophe.* *Idem.*
 1258. *Fortis heic dextra locus; Heic læva frenis*] Sane ratiore sic, sed & emendatior, ut Etruscus & Vossianorum optimus, quo solo utimur. Itaque *Pall.* ad unum omnes cum suo, *fortis hic humeri locus; Heic dextra,* nihil nos exorant. *Gronovius.*
 1261. *Quam magna*] Multi enim artus, multæ corporis particule absunt, quæ si posthac inventæ fuerint, cum lachrymis mihi componendæ sunt, sic infra v. 1269. *sape esserendus.* *Farnabius.*

Dum membra gnato genitor annumerat suo,
 Corpusque fingit. hoc quid est forma carens, 1265
 Et turpe multo vulnere abruptum undique?
 Quæ pars tui sit dubito, sed pars est tui.
 Heic heic repone; non suo, at vacuo loco.
 Hæcne illa facies igne sidereo nitens,
 Inimica flectens lumina? huc cecidit decor? 1270
 O dira fata! numinum ô sævus favor!
 Sic ad parentem gnatus ex voto redit?
 En hæc suprema dona genitoris cape,
 Sæpe efferendus. interim hæc ignes ferant.
 Patefacite acerba cæde funestam domum, 1275
 Moplo-

1265. *Fingit.*] Componit. Et hoc vere est mortuum componere. *Farn.* *Hoc quidem est forma carens,*] Florent. *hoc quid est forma carens,* per interrogationem. Dein dubitat Deltrius, num melius antiqui codd. *abruptum* habeant. Gruterus, qui codices istos vix exstare credit, quum omnes suos conjurasse in illud *ambesum* videret, respondet: mea opinione pejus. Verbum sane videtur hoc elegantius: tamen *abruptum* & Vossianus princeps codicum. Possis & arguari, *ambesum* proprie, quod sensum & paulatim circumrosus est: ut apud Virgilium *ambese mense*, & *ambesa flammis robora*: non quod uno & violento impetu ablatum abstractumque est, ut hoc, quicquid est, fingitur, artuum. *Gron.* *Hoc quidem*] Membrum. *Farnabius.*

1268. *Non suo,*] Deest enim pars, qua proprium locum suppleat. *Idem.*

1269. *Hæc illa facies, &c.*] Facies sideribus similis, tribuitur Heroibus, ut hoc loco Hippolyto, apud Apollonium Polluci, de quo dicitur *ὁ γένειον ἀπὸ λυγρῶν ἐστὶν*. *Fabritius.*

1270. *Inimica*] Etiam noverca. *Farnabius.*

1271. *Numinum! O sævus furor!*] Longe melius Flor. *O dira fata! numinum ô sævus favor!* Intellegit sua vota

diis exaudita malignis, ut loquitur Iuvenalis. *Gronovius.* *Furor!*] Novercæ amor, ira mea. *Farnabius.*

1272. *Sic ad parentem*] Tam forede lacer, tam crudeliter lanians: *Idem.*

1273. *En hæc suprema vota*] Lipsianus & Mogunt. *dona.* Obstreperunt rufus Pall. in quorum gratiam Gruterus non libuit tantum majestatis tribuere testi unico. nam, ut dixi, Moguntinum illum exstare vix credidit. At sic Flor. quoque & Vossianus. Et mortuo non conferebantur *vota* (nemo enim tam male ominata conciperet, utique pater filio) sed *dona.* Explicant: Hæc funeri tuo soluta exsequiarum justa: seu potius, En quali dono complevit mihi votum supremum Neptunus, ut sæpe sit efferendus mihi filius. Immo cum his verbis Theseus aliquid oratus sui imponit dilacerato cadaveri, ut solebant cara & preciosa munera conjicere in rogos amicorum. *Statius* l. 6. *Theb.* de Lycurgo in funere Archemori: *cuncta ignibus atris Damnat atrox, suaque ipse parens gestamina ferri, Si damnis rabidum queat ex saturare dolorem.* *Suetonius* Iulio cap. 84. *Gronovius.*

1274. *Hæc ignes*] Hæc crementur, comburantur, pro more sepeliendi apud veteres. *Thyest.* 745. *Farnabius.*

1276. *Moplo*

Mop
 Vos
 At v
 An
 Gra

1276
 su 120.

1275
 Sulpic
 vetus,
 quod si
 excusifi
 mum j
 ris hilt
 bus, f
 Luciet
 fanii C
 Flam
 desiffan
 jus mor
 Et forte
 gnis, a
 insepul

Mopspia claris tota lamentis sonet.
 Vos apparate regii flammam rogi:
 At vos per agros corporis partes vagas
 Anquirite. istam terra defossam premat,
 Gravisque tellus impio capiti incubet.

1280

1276. *Mopspia*] Athen. suprâ ver-
 su 120. *Idem*.

1279. *Anquirite*.] Vulgò *acquirite*.
 Suspicio expulsum à sciolis vocabulum
 vetus, probum, laudatum, *anquirite*;
 quod significat diligenter, & omnibus
 excussis quaerere. est quidem ut pluri-
 mum iudiciale verbum Livio, & ceteris
 historicis, oratoribus, legislatori-
 bus, sed tamen ad alia etiam uuntur
 Lucretius, Sallustius, Cicero. Vide Gi-
 fanii Collectanea Lucretiana. *Delrius*.
Etiam] Phædrum. *Farnabius*. *Terra*
defossam premat,] Meminit olim hu-
 jus moris Britannicus in Iuven. Sat. 10.
 Et fortassis propterea non lapidibus, li-
 gnis, aut cespitibus, quos repererant
 inséputos, contegebant, sed Græci

quidem ter pulverem insiciebant, teste
 Eustathio; Romani verò, Varrone au-
 ctore, levem terræ glebam. Vide Mu-
 retum l. 10. var. lect. c. 19. Lambinum
 ad Horatii l. 2. Od. 28. Lud. Guicciar-
 dinum lib. 1. & 2. de Funerib. *Delrius*.

1280. *Gravisque*] Cui male vole-
 bant, terram gravem & tumulum one-
 rosam precabantur veteres, quò anima,
 quam sepulchro una cum corpore con-
 dii credebant, depressa ad beatorum se-
 des tarde aut ægre devolaret, atque
 ægre ultro citroque ad sepulchra com-
 mearet in solemnibus funeris. ut con-
 tra, cui bene volebant *rennem & sine*
*pondere terram precabantur, levem ce-
 spitem aut cippum, ut moliter ossa cu-
 barent.* *Farnabius*.



T

L. AN-